

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

233. An toto tempore Missæ debeant particulæ consecratæ manere super  
Aram? Et cursim docetur, an sufficiat, vt prædictæ particulæ sint super  
Aram, quando consecrantur, vel debeant esse in manibus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

volo, & est præsens voluntas consecrationis futuræ, ex qua voluntate etiam in futurum procedit in sacro, nec eliditur ea voluntas ex eo quod ex naturali inaduerentia non reposuerit super corporale huiusmodi formulas ante consecrationem ; unde communiter excusat à peccato, eo quod inculpatè omittat formulas ante consecrationem super corporale repone, & verè consecrat, quia non obstante naturali inaduerentia eius quod facere debuerat, manet virtuallis intentio has formulas consecrandi. Hucvsque Præpositus ; & ego probabilem vtramque sententiam esse puto; licet priori adhæream.

## RESOL. CCXXXII.

*An Sacerdos post consecrationem particularum possit illas ponere in Tabernaculo, vel extra Aram, aut dare alteri Sacerdoti Pyxidem, ut illas in alio Altari populo distribuat?*

*Et an possit admitti, quod ante sumptionem Calicis de-  
tinet alia communio? Ex part. 5 tract. 13. & Misc. 1.  
Resol. 72.*

Sap. hoc in §. 1. **C**asus est curiosus, & potest in praxi accidere, & ad illum ita responderet Ioan. de Lugo supr. in Ref. de sacra. Eu. & h. disp. 30. f. 2. n. 69. vbi sic ait : 179. §. Nec Questionem est, an super ara consecrata debeat ponere etiam particularē consecrata, an sufficiat, quod ibi sint mediū, verl. & ideo pyxis.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præterita. sed legi inf. doctrinā Ref. 141. & aliarum eius not.

Sap. hoc in Ref. 1. not. præterita. sed legi inf. doctrinā Ref. 141. & aliarum eius not.

**C**asus est practicabilis, & idem sapienter in prædicto. Etans sep̄ insitivo P. Dicat illo tom. 1. de fac. 31. s. d. 4. dub. 8. n. 148. vbi sic ait : Dubitat aliquis, an super Ara particulae consecratae debeat esse in tempore Novi Sacrificij, vel sufficiat ibi esse tempore consecrationis, si minime ponere in alia parte Altaris superlatif Corporale? responderet Lugo diff. 20. n. 69. debet esse super aram, siue illam Hostiam quam Sacerdos sumit. Nam licet Sacerdos intendat hanc Hostiam minorem sibi sumere, & maiores alii dare, hoc parum relevat (quod Lugo) cum ex institutione huius Sacrificij nulla sit differentia; quare posset ex ipsa Hostia maiori dare partem aliquam ei, qui vult communicare, & rursum ex minoribus sibi sumere, quia tota est unica victimæ, & per modum unius offertur abficio villo discrimine. Vnde in Rubricis Missalis præcipitur, ut particulae illæ ponantur super Corporale, vel ante Calicem, aut in aliquo Calice, vel vase mundo consecrato retro post Calicem. Quod autem non sufficit solùm quando consecrantur esse supra aram, constat clare, quia aram non tam requiritur ad sustentandam Hostiam tempore consecrationis, quam tempore precedenti & sequenti; quando enim consecratur, non est Hostia super aram, sed in manibus Sacerdotis: ergo magis requiritur aram ad tempus præcedens, & subsequens. Vnde obiter infero, minus ritè facere aliquos, quos vidi statim post consecrationem dare vas cum particulis consecratis alteri Sacerdoti, ut eas in alio Altari populo distribuant. Hoc, inquam non ritè fit; nam sicut ex Hostia sua Sacerdos non deberet dare partem usque ad finem sacrificij, sic nec de illis particulis, que sunt etiam victimæ illius sacrificij, non minus offeruntur quam Hostia maior, & ideo omnes orationes, oblationes, & benedictiones sequentes æquè spectant ad illas, nec ante sumptionem à Sacerdote est victimæ perfectæ, & integrè sacrificata, minus etiam congruit, ut aliis participet prius de sacrificio, quam ipse Sacerdos, qui est principaliter offerens, & sacrificans respectu aliorum, vnde in omnibus Liturgiis, & ritualibus, ac Regulis antiquis semper primo loco ponitur communio Sacerdotis celebrantis, & postea communio Clerici & populi, nec videtur ille ordo facile peruertere. Facilius posset admitti, quod ante sumptionem Calicis daretur alia communio, quia Christus non solùm ante sumptionem, sed etiam ante consecratio-

nem Calicis videtur dedisse Apostolis Corpus, ut contextu Euangeli colligi potest. Et hæc omnia doceat Lugo vbi sup. licet aliqui viri docti ex eadem Societate mecum de hac opinione differendo à Lugo dissentiant.

## RESOL. CCXXXIII.

*An toto tempore Missa debeant particulae consecratae manere super Altare, ad Aram?*

*Et cursim docetur, an sufficiat, ut predele particulae sint super Aram, quando consecrantur, vel debeat esse in manibus Sacerdotis consecranti?*

*Et breuissime assertur posse Sacerdotem ex ipsa Hostia maiori dare partem aliquam volenti communicare, & ex minoribus sibi sumere. Ex part. 10. tract. 1. & Misc. 5. Ref. 41.*

§. 1. **C**asus est practicabilis, & idem sapienter in prædicto. Etans sep̄ insitivo P. Dicat illo tom. 1. de fac. 31. s. d. 4. dub. 8. n. 148. vbi sic ait : Dubitat aliquis, an super Ara particulae consecratae debeat esse in tempore Novi Sacrificij, vel sufficiat ibi esse tempore consecrationis, si minime ponere in alia parte Altaris superlatif Corporale? responderet Lugo diff. 20. n. 69. debet esse super aram, siue illam Hostiam quam Sacerdos sumit. Nam licet Sacerdos intendat hanc Hostiam minorem sibi sumere, & maiores alii dare, hoc parum relevat (quod Lugo) cum ex institutione huius Sacrificij nulla sit differentia; quare posset ex ipsa Hostia maiori dare partem aliquam volenti communicare, & ex minoribus sibi sumere, quia tota est unica victimæ, & per modum unius offertur sine discrimine. Vnde in Rubricis Missalis præcipitur ut particulae illæ ponantur super Corporale, vel ante Calicem, aut in aliquo Calice, vel mundo consecrato retro post Calicem; nec sufficit esse super aram, quando consecrantur quia non tam requiritur ad sustentandam Hostiam tempore consecrationis, quam tempore precedenti, & subsequente: quando enim consecratur, ell in manibus Sacerdotis, & non super aram. Hæc omnipotencia, & decenitissima sunt, sed non cogit Legiones rationes. Nam ad sacrificandum requiri at, non posita præcisæ ex vi sacrificij, ita ut quando sacrificij fiat super aram, & non extra illam, tempore vero censetur fieri, etiamsi Hostia sit in manibus Sacerdotis, dummodo Sacerdos manus habeat cleavas, licet aliquantulum, respondentes tamen patib. in quo est aram. Vnde, si tunc ponatur se ad alterum cornu Altaris, quando non est fixum, & rotum consecratum, non dicetur celebrare supra aram, sed extra; intra aram vero celebrare dicitur, non quia ipsi aræ, aut corporali, aut mappis tegentibus aram, sed quia manus Sacerdotis tenent Hostiam elevatum supra aram. Cumque Hostia parvæ, si multæ sint, nec moraliter esse possint in manibus Sacerdotis, necesse est, ut tempore consecrationis sint in corporali tegente aram, ita ut subras ipsa de aliòquin consecratio, illarumque transubstantiatione extra aram fieret. Frustra ergo contendit Lugo, ut non requiri, ut Hostia sit super illam tempore consecrationis, & cum Hostia maior modo explicito, & parva particulae supra aram esse debeat: quod vero postea perseverent super aram, nullo iure prohibetur, quia possint statim in ipsa pyxide, & in ipso quoque hierophylacio condi, cuius oppositum nullum iure efficaciter probatur. Quod enim Lugo ait illas quoque particulas ibi esse per modum unius victimæ, verissimum est; hoc tamen non cogit ut dicamus non posse illam Hostiam post consecrationem extra

extra aram poni, aut etiam deferri ad aliud Altare, & ibi ab alio Sacerdote distribui: quod negat Lugo. Sic enim etiam sint per modum vnius victimæ, possunt non consumi à Sacerdote, dummodo aliam partem materiæ tunc consecratæ sumat; ita poterit pro vnu fideliū aliquā pars materiæ ad alium locum deferri, dummodo remaneat quantum sufficit ad integratim sacrificij. Quod autem tunc contingat ut in alio Altari, aut loco forte aliqui prius participant de illo pane, hoc per accidens est, & nihil refert: sicut neque quod omnes orationes, oblationes, & benedictiones sequentes etiam spectent ad illas, sicut ad Hostiam maiorem, eo quod sint una victimæ; immo propterea possunt inde accipi reliqua alia Hostia, quia cum sint victimæ, & manente illa parte maneat eadem victimæ, satis est hoc ad integratim sacrificij, & sacrificij non erat consummandum in illis per illarum sumptionem: consummatio etiam sufficiens per consumptionem alterius materiæ, non illius, acque hoc sufficit. Itaque decentius fit, ut Lugo prescribit: sed, si aliud pro commodeitate populi aliter fiat, nihil video in hoc esse peccati. Huc velque Dicatus.

2. Sed ego alibi sententia Cardinalis de Lugo adhuc, & me citato, adhæret etiam Pater Leandrus de *Sacramentum*, tom. 2. tract. 8. disput. 7. quest. 9. vbi firmat particularē debere apponit, & esse supra aram non solum dum consecrantur, verū etiam post eam consecrationem, vñque ad communionē Sacerdotis (nisi forte grauis contingat aliquius infirmi communicandi necessitas.) Ratio est primō, quia etiam non tam requiritur ad sustentandam Hostiam tempore consecrationis, quam tempore præcedenti, & sequenti. Secundō quia non solum Hostia magna, sed etiam aliae particulae sunt victimæ illius sacrificij, cum non minus offerantur, quam Hostia maior: ergo omnes oblationes, & benedictiones sequentes etiam spectant ad illas. Tertiō, quia non congruit, nec decet ut aliis participes prius de sacrificio, quam ipse Sacerdos, qui est principaliter offerens. Sed ut vñsum est, hæc non vrgent apud Dicatulum; vnde ego puto vtramque sententiam esse probabilem, sed affirmatiuam probabiliorem.

### RESOL. CCXXXIV.

An Sacerdos celebrans possit in aliquo casu Hostiam à se consecratam reponere in *Sacratio*, & ex illo particulam, ex praconsecratis ab alio assumere? El quidam Parochus nullam habens maiorem Hostiam, veritus populi scandalum aliquod, aut murmur, dum minorum Hostiam consecraret, in elevationem Hostie offensauit alteram quandam maiorem Hostiam, qua affernabatur in *Pxide*, ut exponeretur in die solemnii populo: queritur, an ille prudenter hoc fecerit, vel quid facere debuerit? Ex part. 5. tr. 13. & Msc. 1. Ref. 96.

§. I. Orrige aures, amice Lector, casus enim est curiosus, & de illo ego olim interrogatus fui. Nam quidam Sacerdos in ultima Missa oblitus est consecrare Hostiam expoundam post prandium in Oratione quadragésimam horarum. Quæ fierunt tunc à mo, in potuissit dictus Sacerdos sumere particulam à *Sacratio* ex praconsecratis ab alio Sacerdote, & Hostiam ab ipso consecratam conferuare ad effectum publice illam exponendi postea, supposito quod non esset ultra tempus celebrandi aliam Missam. Et licet hoc posse fieri ex Henriquez defendit Stephanus Fagundez pr. 1. lib. 3. cap. 4. n. 26. vbi sic

*Tom. I. I.*

ait: Si autem vnu Sacerdos post consecrationem statim moriatur, & alter perficiat Missam illius, ex utroque celebrante fiet vnu Minister, & vnum sacrificium esse, cui qui aliter, satis faciet precepto audiendi Sacri, vt docet Henriquez libr. 9. de *Missa*, cap. 9. n. 2. Dices, essentia sacrificij consistit in consecratione, & consumptione vnius Sacerdotis sacrificantis, hic autem sunt duo, non vnu Sacerdos. Ergo non potest dici vnum sacrificium. Respondeo essentiam sacrificij consistere in noua consecratione, & consumptione Hostie, & vni in eodem sacrificio facta, non tamen ab eodem Sacerdote. Vnde multi Parochi dum renouant Eucharistiam, consumunt Hostiam ab alio consecratam: eam vero, quam consecrant, reponunt in *Sacratio*, & fit integrum & perfectum sacrificium Missæ, & licet id faciunt, vt optimè docet idem Henriquez *locu allegato*, quia non est opus, vt consecratio, & consumptio fiat ab uno Sacerdote, opus est tamen, vt in eodem sacrificio detur noua consecratio, & noua consumptio, quamvis noua Hostia consecretur, & alia præconsecratio consumatur. Ita ille, quod etiam iterum docet infra in cap. 5. n. 20.

2. Sed hanc sententiam nullo modo probabilem esse putat Ioannes *Prepositus* in 3. part. *D. Thomas*, quæf. 8. art. 1. dub. 7. num. 50. vbi probat Sacerdotem celebrantem necessariò debere sumere Hostiam, quam in eo sacro consecravit, sive etiam aliam summat, sive non, quia sumptione sola Hostia in eo Sacro consecrata offendit se illi sacrificio consentire; nullo vero modo sumendo Hostiam præconsecratam, que impertinere se haber ad hoc sacrificium. Adde quod cum iuxta Henriquez sit pars essentialis sacrificij sumptio, talis nullo modo dici potest sacrificare, quia, vt dictum est, non cuiusvis Hostie sumptio pertinet ad quodlibet sacrificium, sed sumptio Hostie in eodem Sacro consecrata, hæc enim sola ab illo sacrificio respicitur: ad id quod dicit de quorundam Pastorum praxi, dico inde non posse summi argumentum, cùm procedat ex ignorantia, siquæ omnino corrigenda; vnde si quando Pastores velint renouare Hostiam, quæ est in remonstrantia, debent duas Hostias consecrare, & vnam illatum sumere, similiter Sanguinem, deinde sumere antiquam ante ablutionem.

3. Hanc etiam sententiam tener Bartholomæus à Sancto Fausto de *Sacramentis*, *Eucharist.* lib. 2. q. 29. & Phil. Gamachæus Regius Professor in inclito Museo Sorbonico, tom. 3. *Summa Theologiae* in 3. part. *D. Thom.* post quest. 79. in tractat. de *Sacrificio Missæ*, cap. 5. in quo probat, quod licet essentia sacrificij Missæ consistat in consecratione, & non in sumptione: tamen docet Sacerdotem debere Hostiam eamdem manducare, quam in Missa consecrit, & non alteram ab alio Sacerdote præconsecratam, & proxim alienorum Parochorum sic facientium in renouatione Eucharistie non approbat; & hoc etiam supponit Sylvius in *tertia parte*, quæf. 82. artic. 4. & quæf. 83. artic. 1. Quæsiur secundo, conclus. 4. ad se- ptimum argumentum, & Bartol: ab Angelo in *exam. confess. dialogo* 5. §. 5. 8. Post hac scripta inueni nostrum charissimum Patrem Lugo de *Sacramento Eucharist.* disp. 19. scilicet 5. n. 76. subtiliter more suo, & neruoso hanc sententiam d. cere, assertentem Henriquez, & Fagundez in hac questione parum Theologice loquitos fuisse.

4. Sed non definitam etiam hic adnotare, & apponere aliud pulchrum dubium pestum à Iacobo Marchantio in *resolut. Pastoral. ad Candelabrum de Sacramentis*, tract. 4. cap. 5. quest. 3. in fine, vbi sic ait: Quidam Parochus nullam habens maiorem Hostiam

N. Hostiam